

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5067

**Auteur(s) :** Adrien IV [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1157, 18 février

**Lieu d'émission :** Latran

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Adrien [IV] confirme les biens et les droits de l'abbaye Notre-Dame du Vœu (Le Valasse).

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 96, p. 184-185.

Texte établi d'après a

ADRIANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS ABBATI MONASTERII SANCTE MARIE DE VOTO EIVSQVE FRATRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Religiosam uitam etc. Eapropter etc. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati BENEDICTI regulam in eodem loco noscitur institutus, secundum institutionem Cistertiensis ordinis perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : ex dono Matildis quondam Romanorum imperatricis totam uallem, in qua ipsum monasterium situm est, in foresta Insule Bonæ omnia aisiamenta uestra ad hedificationes domorum et ad omnia uobis ibidem necessaria, in foresta Phisca(n)ni octingentas acras terre, ex dono Gualeranni comitis Mellentini omnem haiam de Lintot cum omnibus pertinentiis suis, duo clausa vinee apud Ualles, scilicet plantas Plastrarie, ex dono Camerarii de Tancarilla mortuum boscum et herbagium foreste de Insula Bona ad proprios usus et easdem libertates in foresta Phisca(n)ni ab eodem uobis indultas. Sane noualium etc. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Adrianus catholicæ ecclesiae episcopus ss. BV.

† Ego Hymarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tit. sancte Praxedis ss.

† Ego Bernardus presb. card. tit. sancti Clementis ss.

† Ego Iohannes presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Henricus presb. card. tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.

† Ego Iohannes presb. card. tit. sanctorum Siluestri et Martini ss.

† Ego Odo diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Guido diac. card. sancte Marie in porticu ss.

† Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Iohannes diac. card. sanctorum Sergii et Bachi ss.

† Ego Odo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

† Ego Boso diac. card. sanctorum Cosme et Damiani ss.

† Ego Albertus diac. card. sancti Adriani ss.

Dat. Lat. per manum Rolandi sancte Romanæ æcclesiæ presbiteri cardinalis et cancellarii XII kal. mart., indictione V, incarnationis dominice anno M°.C°.L°.VI°, pontificatus uero domni Adriani pape IIII anno III°.